



CAPVT SEXTVM.

DeSimplicibus absolutè scriptis

quæ Antonomasiâ quadam cæteris præstant, quid cuiusq; loco accipiendum.

Evenit sapissimè, ut in præscribendis Medicamentorum formulis simplex aliquod ponatur à Præcticis solo nomine, absq; sexus, loci, magnitudinis, formæ, coloris, delectus, aut propriæ partis alicuius determinatione comprehensum, unde dubium hoc oritur, sitne mas vel fœmina, radix an semen, vel folia, aut flores, huius vel illius planta ibidem nominata, aut simplex aliquod aliud sub diuersis formis ac qualitatibus in Officinis proflans, idq; album vel nigrum, amarum vel dulce recipiendum. Pro cuius rei notitia sciendum in quoz Medicamenti genere id assumi semper debere

debere quod est optimum, ut si v. g. scriba-
tur Benzoinum, sumatur Amygdaloides quod
est optimum, si Aloës occurrat simpliciter scri-
pta, intelligatur Soccotrina, sin Santalum,
capiatur Citrinum, utpotè odoratissimum.
Sunt autem plantæ non pauca, quarum sola in
vsum Medicum folia cooptantur: aliæ ob flo-
res duntaxat expetuntur: nonnullarum radix,
prout in quibusdam semen tantum ceteris to-
tius stirpis partibus præfertur. Quædam pa-
triâ natiuitate gaudent, ac à solo seu regione
unde ortum duxere, famam sortiuntur: plu-
rima sexu æstimantur, pleraq; verò qualitati-
bus alijs, quarum hæc in hoc, aliæ in alio
desiderari consueuerunt, sua pro
dignitate distinguun-
tur..

ITA-



ITAQVE SI SIMPLICI- TER OCCVRRAT.

A Bsinthium,
Acerum,

Agaricus,
Agnus castus,

Aloës,

Alumen,

Amomum,

Ammi,

Anisum,

Aristolochia,

Balsamum,

Borago aut Buglof-
sum,

Bryonia.

Calamintha,

Capparis,

Cardamomum,

Centaurium,

Cinamomum,

Ponticum.

Ex vino, non cereui-
fiâ, aut hydromelle.

Albus & fæmineus.

Semen eiusdem.

Soccotrina.

Sciifile.

Scythicum.

Illyricum aut Ægy-
ptiacum.

Creticum.

Rotunda.

Opobalsamum, vel
eius succedaneum.

Flos, aut folium, vel
vtrumq; simul.

Alba non nigra.

Montana.

Cortex radiceis.

Minus.

Minus.

Acutissimum odora-
tissimumq;

Corallus,

SVMATR.

Corallus,	Ruber.
Costus,	Amarus.
Cuminum,	Æthiopicum.
Cupressus,	Conus eiusdē in ad- stringentibus, folia aut lignum in diu- reticis.
Daucus,	Sem. Dauci Cretici.
Dictamnus,	Cretensis.
Eruca,	Sylvestris.
Gummi,	Arabicum.
Granatum pom.	Acidum.
Helleborus,	Niger quia albo se- curior.
Hepatica,	Lichen.
Hyoscyamus.	Albus.
Hyssopus.	Montanus.
Iris.	Illyrica, vel Floren- tina.
Lilium,	Album.
Margarita,	Solida ac candida.
Marrubium,	Album.
Mastiche,	Chia aut Ægyptia.
Medulla,	Ceruina, vel si desit, Vitulina.
Mentha,	Rubra & hortensis vera.

SYNSTIL.

Nym-

Nymphæa.
Oleum,
Opium,
Papauer,
Pœonia.

Candida.
Oliuarum.
Thebaicum,
Album.
Maris semen aut ra-
dix.

Petroselinum,
Piper,
Pix,

Macedonicum.
Album.
Liquida in suppurā-
tibus, sicca in glu-
tinantibus.

Polypodium,
Prunum,

Quercinum.
Damascenū vel Hun-
garicum.

Quercula minor,
Resina,

Chamædris.
Laricina aut Tere-
binthina.

Rhus,

Cortex fructus Su-
wach,

Rosa,

Rubra.

Rosmarinus,

Herba ejusdem, in-
terdum flos.

Santalum,

Citrinum.

Scordium,

Creticum.

Spica,

Indica.

Stæchas,

Flos Stæchados Ara-
bicæ.

Styrax,

Calamita.

D

Sul-

S Y M A T R.

Sulphur,	S Y M M A T I V R.	Apyron seu viuum.
Thymus,		Creticus.
Veronica,		Mas.
Viola,		Nigra, seu cærulea.
Zingiber.		Maluaricum.

Nosse quoq³ Pharmacopœos oportet plura quan-
doq³ Simplicia vno titulo simul comprehendendi, ut
potè cum scribitur: Accipe quinq³ herbarum
emollientium singularum manipulum, suman-
tur sequentes, nempe

Quinq ³ herba emollien- tes	Malua.
	Althæa.
	Violaria.
	Mercurialis.
	Acanthus seu Branca vrsina.

His alijs Parietariam, Betam & Atriplicem
adscribunt.

Quatuor semina calida maiora.	Anisi.
	Foeniculi.
	Carui, Cumini.
Quatuor semina calida minora.	Ammeos.
	Amomi.
	Apij,
	Dauci,

Qua

*Quatuor semina frigida
majora.* { Cucumeris.
Cucurbitæ.
Citruli.
Melonum.

*Quatuor semina frigida
minora.* { Endiuia.
Scaricolæ.
Lactuæ.
Portulacæ.

*Quinq; radices aperien-
tes majores.* { Apij.
Foeniculi.
Asparagi.
Petroselini.
Rusci.

*Quinq; radices aperien-
tes minores.* { Graminis.
Rubia.
Eryngij.
Capparis.
Ononidis.

*Quinq; genera Myroba-
lanorum* { Citrini, seu flauj.
Chebuli, seu Cepuli.
Indi, seu nigri.
Emblici.
Bellirici.

*Quatuor flores cordia-
les*

Boraginis.

Buglossæ.

Rosarum.

Violarum.

*Fragmenta quinque la-
pionum pretiosorum*

Saphiri.

Granati.

Smaragdi.

Hyacinthi.

Sardæ, seu Corneoli.

*Quinque herba capilla-
res*

Adiantum nigrum,
seu Capillus Veneris.

Adiantum album, seu

Rutamuraria.

Polytrichon aureum.

Trichomanes.

Asplenium seu Cete-
rach.

*Quatuor aque Pleuri-
tica*

Cardui B. Mariæ.

Taraxaconis.

Cardui Benedicti.

Scabiosæ.

Tria Olea stomachica

Abfinthij.

Cydoniorum.

Mastichinum.

Qua-

Quatuor unguenta ca-
lida

[Arêgon.
[Mariaton.
[Althææ.
[Agrippæ.

Quatuor unguenta fri-
gida.

[Album camphoratum
[Rosatum Mesuæ.
[Populeon.
[Infrigidans Galeni.

Hæc autem omnia ac singula à Pharmacopœis
ad amissum tenenda, imò memoria mandanda,
sunt, ne in his aliquin error obtingat, qui vel
Medici intentionem præpediat, vel agro dam-
num adferat; eum apprimè cavendum sit, ne
quis ab ea arte que omnicus benefacit, per ope-
rarij. eâ tractantis aut exercentis vel inscitiam
vel incuriam ledatur.

CAP. SEPTIMUM.

De Succedaneis quorundam
Medicamentorum, eorumq;
substitutis.

D 3

Euenit